

quia in quibuslibet 3. passibus canis lepus facit passus 5. deficiens per $\frac{1}{20}$ temporis ad supplementum die igitur si 21. tempus dat 5. quid dabit 20. duc 20. in 5. fit 100. diuide per 21. exi. $4\frac{16}{21}$ igitur dices quod in omnibus 3. passibus canis lepus facit passus $4\frac{16}{21}$ & quia passus $3\frac{1}{20}$ canis sunt 7. leporis, igitur passus 3. canis erunt passus leporis $6\frac{54}{61}$ cum igitur in tempore in quo canis facit passus 3. ex suis & sunt $6\frac{54}{61}$ leporis lepus faciat tantum $4\frac{16}{21}$, igitur in omnibus $4\frac{16}{21}$ passibus canis appropinquantur ei per $2\frac{438}{1281}$ die igitur si $2\frac{438}{1281}$ producitur ex $4\frac{16}{21}$ ex quibus producetur passus 137 $\frac{43}{61}$ multiplica 136 $\frac{43}{61}$ in $4\frac{16}{21}$ fiunt $\frac{840000}{1281}$ quos diuide per $\frac{2720}{1281}$ & est ac si diuideres 840000. per 2720. nam sunt fractiones eiusdem denominatoris, qui est 1281. exhibunt igitur passus leporis 308 $\frac{14}{17}$. & in tot iungentur.

12 Duo discedebant Mediolano quorum primus ibat versus Romam milliaria 20. perficiens singulo die, alter prima die ibat 5. milliariibus secunda die 8. tertia die 11. & ita ascendendo per 3. quæritur quando iungentur pone quod in 1 co. dierum, igitur primus faciet 20 co. milliariorū, secundus per secundā regulam 27. capituli, depto 1. a numero terminorum remanet 1 co. m. 1. multiplica in differentiam fit 3 co. m. 3 adde minorem terminum qui est 5. fit 3 co. p. 2. maior terminus, tunc per vndecimam regulam eiusdem capituli adde primum terminum vltimo fit fit 3. co. p. 7. multiplica per dimidium terminorum fit $1\frac{1}{2}$ co. æqualia 20 co. igitur $1\frac{1}{2}$ ce. æquatur $16\frac{1}{2}$ co. quare 1 ce. æquatur 11. co. igitur res valet 11. & in tot diebus iungentur.

13 Duo socij erant quorum alter erat Romæ & veniebat Mediolanum prima die faciens milliaria 1. secunda 2. tertia 4. quarta 8. & ita duplando: alter socius erat Mediolani & ibat Romam prima die ibat milliaria 3. secunda 4. tertia 6. quarta 9. quinta 13. & ita augendo milliaria vnum in progressionem: & fuerant à Roma Mediolanum milliaria 330. quæritur quando iungentur, in talibus vbi ingreditur progressio Geometrica sine cognitione numeri terminorum cogitis inuenire dies integros, ponamus igitur quod in diebus 8. eritque vt primus per vigesimam tertiam regulam perambulaueri milliaria 255. eo. quod progressio est primi modi, secundus autem milliaria 147. eo quod progressio est 12. modi, iunge fiunt miliaria 402. igitur pretransferunt, quero in 7. diebus quantum perambulauerunt eritque vt primus perambulauerit 127. milliaria secundus 18. iunge fiunt 235. differentia à 330. est 95. & ab octaua die 167. igitur si in vna die perambulant milliaria 167. in quanto tempore ambulabunt miliaria 59. superpone 95. ad 137. & fiet $\frac{95}{137}$ vnus dies, igitur in diebus $7\frac{95}{137}$ iungentur. Vnde nota quod in concursibus debent iungi itinera, & in progressionibus Geometricis in quibus termini sunt ignoti, debent queri termini integri, Frater autem Lucas talia frustra soluit per la co.

14 Duæ aues erant super eadem arbore & vna cepit volare versus Orientem prima die per 1. milliaria, secunda die 2. tertia die

3. quarta die 4. & sic continue. Altera versus Occidentem per eandem lineam die prima milliaria 1. die secunda milliaria 8. die tertia milliaria 27. & ita per cubos & fuit circuitus terræ vt creditum est à multis milliariorum 44310. quæritur in quot diebus iungentur illæ aues pone quod in 1 co. dierum igitur per capitulum 27. primus ambulauit $\frac{1}{2}$ ce. p. $\frac{1}{2}$ co. milliariorum, per idem capitulum in fine de cubis secundus ambulauit $\frac{1}{4}$ ce. ce. p. $\frac{1}{2}$ cu. p. $\frac{1}{4}$ ce. iunge simul amborum progressum fiet $\frac{1}{4}$ ce. ce. p. $\frac{1}{2}$ cu. p. $\frac{3}{4}$ ce. p. $\frac{1}{2}$ co. æqualia 44310. igitur quadruplum quadruplo erunt igitur 1 ce. ce. p. 2. cu. p. 3 ce. p. 2 co. æqualia 177240. milliariibus, adde 1. de cōmuni fiet milliaria 177241. æqualia 1 ce. ce. p. 2. cu. p. 3. ce. p. 2 co. p. 1. capias radicem vtriusque erit radix milliariorum 421. & R. denominationum 1 ce. p. 1 co. p. 1. detrahe 2. communiter quod addidisti fiet 1 ce. p. 1 co. æqualia 420. igitur dimidia 1 co. fit $\frac{1}{2}$ multiplica in se fit $\frac{1}{4}$ adde ad 420. fit $420\frac{1}{4}$ cuius R. est 20. a. qua auferre $\frac{1}{2}$ quod fuit medium radicum remanet valor rei $20\frac{1}{2}$ præcisè, & in tot diebus iungentur proba & inuenies quod prima volauit per milliaria 210. & secunda 44100. quæ iuncta sunt 44310.

Animaduerte quod Frater Lucas facit similem sed semper remanet in surdis exemplum ponamus quod 177241. non haberet radicem. Tunc diceres quod 1 ce. p. 1 co. p. 1. essent æqualia R. 177241. quare fieret 1 ce. p. 1 co. æqualia R. 177241. m. 1. dimidia 1 co. & multiplica fit $\frac{1}{4}$ adde ad R. 177241. m. 1. fiunt R. V. 177241. m. 1. L. p. $\frac{1}{4}$ à qua detrahe $\frac{1}{2}$ pro dimidio radicum fiet valor rei R. V. 177241. m. 1. E. p. $\frac{1}{4}$ m. $\frac{1}{2}$. & est sensus cape Radicem 177241. m. 1. cui adde $\frac{1}{4}$ & eius cape R. à qua detrahe $\frac{1}{2}$. & hic erit valor rei, ex quo patet error maximus Fratris Lucæ qui detrahit $\frac{1}{4}$ à m. 1. & facit m. $\frac{3}{4}$ quod est falsissimum. Quodque plus est vigesima septima regula non intelligitur nec alia vbi terminorum numerus non euadit integer quia si dicas cu. $4\frac{2}{3}$ secundum regulam facerent $174\frac{67}{81}$, & tamen sunt $183\frac{1}{3}$ vt patet per se nisi quis vellet procedere per modum quæstionis decimæ, & ideo non intellexit quæstionem ex quo credendum est paucas aut nullas difficultium quæstionum esse eius proprias, sed sine intellectu transcriptas, & si veræ sunt potius fortuna quam aliter, hoc volui dixisse propter tria primo ne credas illius quæstionibus arduis quantum plerique ex his sunt falsæ, secundo vt intelligas quod quando ce. & co. æquantur R. numeri per se aut cum numero addito per p. aut diminuto per m. quod tales etiam habent solutionem per capitula sua, sicut si ce. & co. æquarentur nu. tantum, tertio vt cognosceres quomodo fienda sit æquatio quia partes debent omnes manere separatæ eo quod valor rei fit R. R. V. L.

15 Quidam ibat à Mediolano Brixiam prima die milliaria 1. die secunda 2. die tertia 4. die quarta 8. & ita deinceps ascendendo per duplam, alius veniebat Brixia prima die 2. milliaria secunda die 4. tertia die 6.